oīs ī antiſtitē poſtulauit. Qui ſubā paupi-
bus erogata. ⁊ vxore in ſororē ꝯmutata cor
pus ſuū ꝑ. xxx. ānos ſic afflixit. vt nunq̄ꝫ pa
nē frumēti. non vinū. nō oleū. nō ſagimen.
nunq̄ꝫ vel ſalē ꝑ ſapore comederit. Bis tñ ī
āno. ſ. ī paſca ⁊ natali in āno vinū ſumebat.
ſꝫ tñ ip̄ꝫ vini ſaporē aq̄s nimiis extinguebat
In refectōe p̄mo cinerē p̄libabat. deinde pa
nem ordeaceū ſumebat. Semꝑ aūt ieiunāſ
nūq̄ꝫ niſi veſpe comedebat. In eſtate vl' hye
me nullā veſtem hūit p̄ter ciliciū ⁊ tunicam
vel cucullā. Que veſtis niſi forte alicui do
naret tādiu ferebaṫ donec attritōe nimia ſol
ueretur. ¶Lectus huꝰ cinere cilicio ⁊ ſacculo
ornabaṫ. Nullū puluinar caput ab hūeris
eius leuabat. ſed ſꝑ gemēs ⁊ ſcōꝝ reliquias
collo gerēs. nūq̄ꝫ veſtimētū. raro calciamē-
ta. ⁊ raro cingulū detrahebat. Suꝑ hoīem
ſiq̄dem fuit oē q̄d geſſit. Talis eni eiꝰ extitit
vita. vt ſi miracul' caruiſſꝫ incredibil' videre
tur Et tanta fuerūt miracl'a. vt niſi merita p̄
ceſſiſſent. fantaſtica putarenṫ. B ¶Ho
ſpitatus in quodā loco cū pꝰ cenā mēſa ite
rum pareṫ. admiratꝰ īterogat cui denuo p̄-
pararēt. Cui cum dicerent ꝙ bonis illis mu
lieribus que de nocte incedunt ꝑpararent.
illa nocte ſanctus Germanus ſtatuit vigi-
lare. Et ecce vidit multitudinē demonū ad

mēſam in forma hoīm ⁊ mulieꝝ venienteꝫ.
Qui eis p̄cipiens ne abirēt. cūctos de fami
lia excitauit. inq̄rēs ſi ꝑſonas agnoſcerent.
Qui cū oēs vicinos ſuos ⁊ vicinas eē dice-
rent. miſit ad domos ſinguloꝝ ꝺmonibꝰ p̄
cipienſ ne abirēt. Et ecce oēs in ſuis lectulis
ſunt inuētī. Adiurati igiṫ ſe demōes eē dixe
runt. q̄ ſic hoībus illudebāt. ¶Eo tēpe btūs
Lupus ep̄s tracaſine florebat. cuiꝰ vrbē cū
Athila rex obſiderꝫ. ſuꝑ portā btūs Lupus
acclamās q̄s eēt q̄ eos ſic impeterꝫ inq̄ſiuit
Cui ille. Ego ſum athila flagellū dei. Quo
ꝯhūilis p̄ſul dei ait gemēs. Et ego ſū Lupꝰ.
heu vaſtator gregis dei. ⁊ indigens flagello
dei. Moxq̄ꝫ portas reſerari iuſſit. Illi autē
diuinitꝰ excecati ꝑ portā ad portā trāſierūt.
neminē aūt videtes aut ledētes. Btūs igitur
Germanꝰ aſſūpto p̄dicto ep̄o Lupo in bri-
tannias vbi heretici pullulauerunt ꝓfectꝰ ē
Sed dū in mari eēnt. ⁊ tempeſtas maxima
oriretṫ. ad orōnem ſcti Germāi ꝓtinꝰ tranq̄l
litaſ mag̃ efficitṫ. Honorifice igiṫ a ꝑplis ſuſci
piunṫ. q̄ꝛ aduentū demōes iā p̄dixerant q̄s
ſanctꝰ Germanꝰ de obſeſſis expulerat. Ve
rum cū hereticos ꝯuiciſſent ad ꝓpria redie
runt. ¶Cū in q̄dam loco infirmꝰ decū
beret. ꝯtigit vt totꝰ ille vicus repētino incen
dio cōflagraret. Qui cū rogareṫ vt inde aſ-
portatus ignē euaderet. ille incēdio ſe oppo
nit. ⁊ vltra citraq̄ꝫ omīa ꝯſumēte flāma ho
ſpitiū eiuſ nō tetigit. ¶Dum ad britānias
iterato rediret. vt hereticos ꝯfutaret. q̄dā ex
diſcipul' eiꝰ g̈ōu ꝯcito eius veſtigia ſeq̄ba
tur. q̄ tñ apđ cordomaꝝ infirmatꝰ occubuit
Rediēs inde btūs Germanꝰ ſepulcꝝ eius
apiri fecit. ip̄mq̄ꝫ vocās ex nomīe quid age
ret. an adhuc ſecū militare cuꝑet requiſiuit.
Mox ille reſidēs cūcta ſibi cōſtare ſuauia.
ac ſe nolle ecōtra vlteriꝰ reuocari rn̄dit Tūc
ſctō annuēte vt req̄eſceret. ille ꝺpoſito capi-
te rurſum in dn̄o obdormiuit. ¶Dū in bri-
tānia p̄dicaret ⁊ ſibi ⁊ ſociis. rex britānie ho
ſpitiū denegaſſꝫ. ſubulcꝰ regis regreſſꝰ a pa
ſcuis. receptā p̄bendā ī palatio ad tuguriū
ꝓpriū referēs. vidit btūm Germanū cuꝫ ſo
ciis fame ⁊ frigore laborāteꝫ Quos ī domo
ſua benigne recepit. ⁊ vnicuꝫ vitulū quē ha-

bebat hoſpitib⁹ occidi p̄cepit. Poſt cenam
ſctũs german⁹ omīa oſſa vituli ſup pellē cō
poni fec̄. ⁊ ad e⁹ orōēz vitul⁹ ſine mora ſurre
xit. Seq̄nti die germã⁹ regi feſtin⁹ occurrit.
et cur ei hoſpitiuz denegauit potenť inq̄rit.
Tũc rex vehementť attonit⁹ ſibi rñdere n̄ po
tuit. Et ille. Egrede inq̄t ⁊ regnũ melioꝛi di
mitte. German⁹ igiť di mãdato ſubulcũ cũ
vxore veire fec̄. ⁊ vniuerſis ſtupẽtib⁹ regem
ꝯſtituit. Et ex tũc reges de ſubulci genere ꝓ
deũtes dñanť gẽti britonũ. ¶ Cũ ſaxones
ꝯ britones dimicarẽt. ⁊ ſe paucos viderent.
ſctōs ide trãſeũtes vocauerũt. ⁊ ab eis p̄di
cati certatiz oēs ad baptiſmi grãꝫ ꝯuolabãt
Die igiť paſce ex feruore fidei ꝓiectis armiſ
ꝓponũt fortiter p̄liari. Qḋ illi audiẽtes au
dacter ꝯ inermes ꝓperãt. Sꝫ germã⁹ latẽs
cũ ſuis oēs ãmonuit vt cũ ip̄e allã clamaret
oēs ſibi vno clamore reſpondeãt. Qḋ cũ fa
ctũ eēt. tãt⁹ hoſtes ſup ſe iã irruẽtes terroꝛ in
uaſit. vt ꝓiectis armis nō ſolũ mōtes ſed ce
lũ ſup ſe ruere putarẽt. cũctiq̄ꝫ diffugerent.
¶ Quadã vice dũ ꝑ auguſtudunũ trãſiẽs
ad tumulũ ſcti caſſiani epi deueniſſꝫ. q̄uo ſe
brẽt inq̄ſiuit. Ille ſtatī ex tumulo cũctis au
diẽtib⁹ ſic rñdit. Dulci q̄ete ꝑfruoꝛ. ⁊ aduen
tũ redẽptoꝛis expecto. Et ille. Quieſce. ꝑ lon
gũ in xp̄o tp̄s. ⁊ ꝓ nobis attẽti⁹ intercede vt
obtinere ſacre reſurrectōnis gaudia merea
mur. ¶ Dũ apḋ rauennã deueniſſꝫ. a regia
placida ⁊ filio ſuo valẽtinião honoꝛifice ſu
ſcept⁹ ē. Hoꝛa v̊o cene regia miſit ei vas ar
genti ampliſſimũ delicatioꝛib⁹ cibis plenũ
Qḋ ille ſic ſuſcepit vt cibos famul' traderet
⁊ ſibi ꝓ paupib⁹ ip̄m vas argẽteũ retineret
Loco v̊o mũeris miſit regine ſcutellã ligne
am panē oꝛdeaceũ ꝯtinẽtēz. Qḋ illa libẽter
recepit. ⁊ vas illud poſtmodũ argẽto texit.
B ¶ Quadã aũt vice dũ p̄dicta regina eũ
ad ꝯuiuiũ inuitaſſet. ille benigne ãnuẽs. ab
hoſpitio ſuo vſq̄ꝫ ad palatiũ. eo ꝙ ieiunijs ⁊
oꝛōnib⁹ ac laboꝛib⁹ eēt ꝑfectus. aſino deferē
te poꝛtatus ē. Sꝫ dũ comederet. aſin⁹ ſancti
Germani moꝛtu⁹ ē. Qḋ regia audiēſ equũ
mire mãſuetudīs ep̄o p̄ſtari fecit. Quē itu
ens ait. Me⁹ mihi aſin⁹ p̄ſteť. qꝛ q̄ me huc
attulit repoꝛtabit. Pergenſq̄ꝫ ad cadauer
ſurge inquit muſcio reuertamur hoſpitio.
Statimq̄ꝫ ſbſiliens ſeip̄ꝫ ꝯcuſſit. ⁊ q̄ſi nihil
mali paſſ⁹ eēt Germanũ ad hoſpitiũ ďpoꝛ
tauit. Sꝫ anteq̄ꝫ de rauenna exiret. p̄dixit ꝙ
nequaq̄ꝫ in h̄ ſecl'o diuti⁹ moꝛareť. Pᵒ⁹ mo
dicũ febre coꝛripiť. ⁊ die ſeptio in dño moꝛiť
et coꝛp⁹ eius ad gallias ſicā regina petierat
trãſpoꝛtať. Obijt circa ãnos dñi. ccccxx.
E ¶ Vex cũ ſctūs Germanus btō Euſebio
vercellēſi ep̄o ꝓmiſiſſꝫ. ꝙ in ſui reuerſiōe ec
cleſiã quã fundauerat ſibi dedicaret. cũ ītel
lexiſſet ſctūs Euſebius btm̄ Germanũ exiſſe
de coꝛpe. eccl'iaꝫ ſuã dedicaturus cereos ac
cendi iuſſit. Sꝫ q̄nto pl⁹ accẽdebãť. tãto pl⁹
extinguebãť. Qḋ vidẽs Euſebius intellexit
dedicatiōem aut alio tp̄e fieri opoꝛtere. aut
alteri ep̄o reſuari. Cum igiť bti Germãi coꝛ
pus vercellas delatũ fuiſſꝫ: mox in p̄dictam
eccl'iam induciť. ⁊ ſtatī cerei oēs diuitus in
flamanť. Tũc ſctūs Euſebius ꝓmiſſionis bti
Germani meminit. ⁊ q̊d viuẽs ſe facturum
ꝓmiſerat. moꝛtuũ feciſſe cognouit. Hoc ita
opꝫ accipi vt nō intelligať de magno Euſe
bio vecellēſi ꝙ tp̄e ipius factũ ſit h̄. Nã ipſe
ſub Valente ipatoꝛe moꝛtuus fuit. et a moꝛ
te ip̄ius vſq̄ꝫ ad moꝛtēz ſancti Germani vl
tra annos. L. effluxerant. Fuit ergo alius eu
ſebius ſub q̊ iſtud q̊d enarrať euenit.

CIII.

¶ De ſancto Euſebio.

Euſebius dicitur ab eu qḋ ē bonũ. ⁊ ſebe q̊d dr̄ elo
q̄ntia vel ſtatio. vl' Euſebius ſo
nat bon⁹ cultus. Ip̄e nãq̄ꝫ hũit bonitatē in
ſanctificatōe ſui. eloq̄ntiam in defenſione fi
dei. ſtationē in ꝯſtantia martirij. bonuꝫ cul
tum in reuerētia dei. A

Euſebius ſp v̊go extñs. dum adhuc
cathecuminus eēt ab Euſebio pp̄
baptiſma ⁊ nomē ſuſcepit. In q̊ ba
ptiſmo manus ãgelice viſe ſũt. q̄ ip̄m de ſa
cro fonte leuauerũt. Matrōa quedã eius
pulcritudīe capta. cuꝫ ip̄ius cubicl'm vellet
adire cuſtodientibus angel' ꝑuenire nō po
tuit. Vñ facto mane ad eius pedes ꝓcidit ⁊
ab eo veniã petijt. Ordinatus p̄ſbiter tanta

ſanctitate emicuit. vt in miſſaꝝ ſolennijs intꝫ
man⁹ eiuſ miſteriū angelicū appareret. Poſt
hꝫ cū arriana hereſ totā ytaliā inficeret. im
patore Conſtātio eidē hereſi fauente. Julia
nus papa Euſebiū ī vcellēſeꝫ epꝫ ꝯſecrauit.
q̄ tūc obtinebat int̄ alias vrbes italie pncipa
tuꝫ. Qd̄ heretici audiētes omēs fores eccl̄ie
claudi fecerūt. At euſebi⁹ vrbē ingreſſus. an
oſtiū maioris eccl̄ie q̄ eſt btē Marie genua
flexit. ⁊ oīa oſtia ſua mox orōe apuit. Ma⸗
xentiū mediolanēſem epm heretica puitate
corruptū. de epatu eiecit. ⁊ p eo viꝝ catholi
cū dioniſiū ordīauit. Sicqꝫ euſebi⁹ totā ec⸗
cleſiā occidentis. ⁊ Athanaſi⁹ totā eccl̄iam
oriētis ab arrianoꝝ peſte purgabāt. Arri⁹
nanqꝫ pſbiter alexandrin⁹ fuit. q xp̄m purā
creaturā eē dicebat. aſſerēs qꝫ erat qn̄ n̄ erat
et qꝫ ppt̄ nos factus ē vt nos p eū tanqꝫ p in
ſtrumentū deus crearet. Et iō magn⁹ Con
ſtantin⁹ celebrari fec̄ nicenū conciliū. vbi er⸗
ror ꝯdēnatus ē. Ipe aūt poſtmodū mirabi
li morte interijt. qꝛ oīa viſcera et inteſtina p
ſeceſſum emiſit. Conſtanti⁹ āt conſtātini fi
lius ipa hereſi corrupt⁹ fuit Quocirca Cō
ſtātinus ipator ꝯ euſebiū plimū indignat⁹
multoꝝ epoꝝ ꝯciliū ꝯuocauit. ⁊ dioniſiū ac
cerſiuit multaſqꝫ ep̄las ad Euſebiū deſtina
uit. q ſciens maliciaꝫ in mltitudine pualere
venire ꝯtēpſit ⁊ ſuā ſenectutē oppoſuit. Vn̄
impator ſtatuit ꝯ eiuſ excuſatōem ī medio⸗
lanēſi vrbe q̄ ppe erat cōciliuꝫ celebrari. Ubi
cū Euſebiū deeſſe videret. iuſſit arrianos fi⸗
dē ſuā deſcribere. ⁊ Dyoniſiū epm mediola
nēſeꝫ ac. xxxiij. epos eidē fidei ſbſcribere. Qd̄
audiēs Euſebi⁹ de vrbe ſua mediolanū pfe
cturus exijt. ⁊ mlta ſe paſſuꝝ pdixit ¶ S
Cū igit̄ ad q̄ndā fluuiū veniſſet vt medio⸗
lanuꝫ pgeret. nauis pcul ex alia pte flumīs
exn̄s eo iubēte ad eū venit. ⁊ ipꝫ cū ſocijs ſīn
gubnatore alio trāſportauit. Tūc ei pdict⁹
Dyoniſi⁹ obuiauit. et ad pedes eiuſ pcidēs
veniā poſtulauit. Cū igit̄ euſebius ab impa
tore nᶜ minis nᶜ blādicijs flecti poſſet. corā
oībus dixit. Vos dicitis filiū minorē eē prē
cur ergo mihi filiū meū ⁊ diſcipulū ptuliſtiſ
Nō eſt eni diſcipulus ſup magiſtꝝ nec ſu⁹
ſup dn̄m ſuū. nᶜ fili⁹ ſup prēm. Qua illi rōe

ꝯmoti. ſtatim cyrographū quē ſcripſerāt. ⁊
cui Dyoniſi⁹ ſubſcripſerat ei obtulerūt. At
ille. Nequaqꝫ p⁹ filiū ſcribā. cui autoritate
preſum. ſꝫ iſtū ſuccēdite. vouūqꝫ cui ſubſcri
bā ſi vultis ꝯſcribite. Sicqꝫ nutu dei ſuccē⸗
ſus eſt cyrogphus. cui dyoniſi⁹ et alij. xxxiij.
epi ſubſcripſerāt. Rurſū ariani aliū cyrog⸗
phū ꝯſcripſerūt. ⁊ euſebio et alijs epis vt ſb
ſcriberēt tradidrūt. Sꝫ cū ab euſebio aīma⸗
ti nullaten⁹ ꝯſentirent. ceperūt plimū gratu
lari. qꝫ cyrogphum cui coacti ꝯſcripſerāt pe
nitus ꝯbuſtū videbāt. Tūc irat⁹ Cōſtātius
euſebiū volūtati arrianoꝝ tradidit Qui ptī
nus ipm d̄ medio alioꝝ epoꝝ rapiētes ⁊ du
rius flagellātes. eū p gduſ palatij a ſummo
vſqꝫ ad imū. ⁊ rurſus ab imo vſqꝫ ad ſūmū
traxerūt. Cū ergo capite ꝯqſſato multuꝫ ſan
guinē fudiſſet. ⁊ adhuc nō aſſentiret. vinctis
poſt tergū manib⁹. p collū cū fune ipm tra⸗
hebant. Ipe autē grās agens dicebat ſe pro
ꝯfeſſione fidei catholice mori eē patū. Tunc
Cōſtantius Liberiū papā. Dioniſiū Pau
linū ⁊ oēs alios epos q eiuſ exemplo fuerāt
animati ī exiliū mitti fecit. Euſebiū vō apd
ſcitopolim vrbē paleſtine arriani duxerunt
⁊ ipm in q̊dam loco ſic artiſſimo recluſerūt
vt eēt illo lōgitudīe breuior. latitudīe angu⸗
ſtior. ita ut curuatus nec pedeſ extēdere. nec
ſe in latus alteꝝ vertere poſſꝫ. capiteqꝫ depſ⸗
ſo hūeros tantū ⁊ cubitos mouere valebat.
Verūtamē Conſtātio defuncto. Julianus
eidē ſuccedēs ⁊ oīb⁹ placere volēs. iubet exu
latos epos reuocari. ⁊ deoꝝ tēpla apiri. ⁊ pa
ce frui ſub lege q̄ quiſqꝫ vellet. Et ſic euſebi
us inde exiēs ad Athanaſium venit. ⁊ q̄nta
paſſus fuerat. eidem expoſuit. Defuncto āt
Juliano ⁊ Iouiniano regnāte ſopitis arri⸗
anis. Euſebius vcellas redijt. ⁊ eū ppl̄s cum
mag̃ exultatōne ſuſcepit. Sꝫ iteꝝ valente re
gnāte arriani repullulāt. ⁊ euſebij domum
vallātes. ⁊ extra domū ſupinuꝫ ipm trahen
tes. lapidib⁹ eū obruerunt. ⁊ ſic ad dn̄m feli⸗
citer migrās in eccl̄ia quā ipe conſtruerat ſe
pultus ē. Fert̄ q̊qꝫ hanc grām ſue ciuitati eu
ſebius a deo ſuis pcibus ipetraſſe. ut nullus
arrianus ibidē viuere poſſit. Uixit aūt ſm
cronicam ad minus. lxxxviij. annis. Floruit

circa annos dñi.cccl.

CIIII. A

## ¶ De ſanctis Machabeis.

Machabei fuerunt
ſeptē frēs cū matre reuerenda.⁊ ele
azaro ſacerdote.q̄ ꝓ obſuatōe leg̃
cum carnē porcinā nollent comedere.inau
dita ſupliciorꝝ genera ꝑtulerūt.ſm q̊d in.ij.
Machabeorꝝ plenius ꝯtinet.Et notādum
ꝙ eccl'ia oriental' facit feſta de ſcīs vtriuſqꝫ
teſtamēti.occidental' aūt nō facit feſta de ſā
ctis veteris teſtamēti.eo ꝙ ad inferos deſcen
derūt.ꝑterq̄ꝫ de innocētibus.ex eo ꝙ in ipſis
ſingul' occiſus eſt xp̄s.⁊ d' machabeis.Sūt
aūt q̄tuor rōnes q̄re eccl'ia d' iſtis machabe
is licet ad inferos deſcenderint ſolennizat.
Prima eſt ꝓpter p̄rogatiuam martirij.Qꝛ
ei inaudita ſupplicia int' ſctōs veteris teſtamē
ti paſſi ſunt.iō priuilegiati ſūt vt eorꝝ paſſio
merito celebret̃.Hec rō ponit̃ in hiſtoria ſco
laſtica. Scđa ē ꝓpt' repñtatōnem miſterij.
Septenariꝰ ei nūerus ē nūerꝰ vniuerſitatiſ
Significant̃ ergo in iſtis oēs prēs veteris
teſtamēti celebritate digni. Nā licꝫ de ipſis
non ſolēnizat eccl'ia. tum qꝛ ad limbū deſcē
derunt.tū qꝛ m'titudo multorꝝ nouorꝝ ſubi
trauit.in his tñ ſeptē impēdit oībꝰ reueren
tiam.qꝛ ꝑ ſeptē vt dictū eſt.vniuerſitas deſi
gnatur.Tercia eſt ꝓpt' exemplū patiendi.ꝓ
ponūtur enī in exēplū fidelibꝰ. vt ſm horū
ꝯſtantiā ad zelū fidei animent̃.⁊ ad patiēdū
ꝓ lege euāgelij ſic illi ꝓ lege moyſi fortiꝰ acci
gant̃.Quarta ē ꝓpt' cām ſupplicij. Naꝫ ꝓ de
fenſiōe legis ſue talia ſupplicia paſſi ſūt.ſic ⁊
xpiani ꝓ defenſiōe legis euāgelice patiunt̃.
Has tres vltimas rōes aſſig̃t magiſter Jo
hānes beleth in ſūma de officijs.cap'lo.v.

CV. A

## ¶ Ad vincula ſancti Petri.

Feſtum ſancti Pe
tri apl'i q̊d ad vincl'a d'r.q̄drupli
ci d' cā inſtitutū fuiſſe putat̃.ſ. in
memoriā libatiōis Petri.in mēoriā libera
tionis Alexandri.ꝓ deſtruēdo ritu gētiliū
et ꝓ impetrāda abſolutōe ſpūaliū vinclorꝝ.
¶ Prima ergo cā eſt in mēoriāꝫ libatōnis
petri.Nā ſic d'r in hiſto.ſcolaſtica Herodeſ
agrippa romā adijt.⁊ ibi Gayo nepoti tybe
rij ceſaris familiariſſimꝰ extitit.Quadā āt
die cū eēt Herodes in curru cū Gayo leua
tis in celū manibꝰ ait. Utinā viderē mortē
ſenis.⁊ te dñm totius orbis.Sꝫ h auriga he
rodis audiuit.⁊ Tiberio ꝯtinuo intimauit
Quappē indignatꝰ tiberiꝰ ceſar herodē re
cluſit in carcerē.Ubi dū q̄dā die iuxta arbo
rē innixꝰ eēt.cuiꝰ frondibꝰ inſidebat bubo.
vnus de ꝯcaptiuis peritus in augurijs dix
it ei.Noli timere.qꝛ cito liberaberis.⁊ intan
tū ſublimaberis ꝙ amicos tuos in tui inui
diā ꝯcitab.⁊ in hac ꝓſpitate morieris.Quā
cito aūt hꝰ generis aīal ſup te videris.vltra
q̄ntū diē viuere nō valeb.Pꝰ aliq̄t tp̄s Ty
beriꝰ morit̃.⁊ Gaius in īpiū ſblimat̃.q̊ q̊dē
herodē de vincul' libauit ⁊ magnifice ſubli
matū regē in iudeā miſit.Cunqꝫ veniſſꝫ.mi
ſit manus vt aſſligeret quoſdam de eccl'ia.
Occiſo aūt Jacobo frē Johis gladio ab eo
dem añ dies azimorꝝ vidēs qꝛ h gr̃tum eēt iu
deis.in diebꝰ azimorꝝ Petrꝝ apphendit.et ī
carcerē miſit.volēs poſt paſca ꝓducere eūꝫ
ꝑplo.Angelus aūt noctu eidē aſſiſtēs.mira
biliter eū a vinclorꝝ nexibus libauit ⁊ ad mi
niſteriū p̄dicatōis liberꝝ ire iuſſit.Facinꝰ āt
regis dilatōem ñ patit̃ vltōis.Seq̄nti vero
die cuſtodes ad ſe venire fec.vt ꝓ fuga petri
diris eos penis afficeret. Hoc tñ impeditꝰ
eſt facere.ne ſolutio petri alicui nocerꝫ.Nā
ꝯtinuo in ceſareā deſcendit.⁊ ibi ꝑcuſſus ab
angelo expirauit.¶ Eteni ſic refert Joſephꝰ
in.xix.antiq̄tatū libro.cum ceſaream adue
niſſet.⁊ ad eū totiꝰ ꝓuintie viri vnanimit' cō
ueniſſent.ille fulgēti veſte ex auro argētoqꝫ
mirabilit' ꝯtexta indutꝰ incipiēte die ꝓcedit
ad theatrꝝ.Ubi cum p̄mū ſol' radios veſtis
argentea ſuſcepit.repercuſſo ſplendore du
plicatam ſpectātibus lucē fulgor metalli
vibrātis effudit.vt intuētibꝰ ꝑſtringerꝫ aciē
terror aſpectꝰ.Et ꝑ h plꝰ aliq̊d de eo qꝫ hūa
ne nature eſt artifex arrogātia mentiretur.
Jlico adulātis vulgi ꝯcrepant voces dicen
tis.hucuſqꝫ vt hoiem te tenuimꝰ.ſed ex h iā
ſup̄ humanā naturā te eſſe fatemur.Et duꝫ

adulatorijs demulceret̄ honoribus. ⁊ obla/
tos ſibi diuinos honores nō reſpuerꝫ. reſpi
ciēs vidit inſidentē ſuꝑ funiculuꝫ capiti ſuo
angelū. id ē bubonē mortis eius prime nū
ciū. reſpiciēſqꝫ ad ip̄m̄ dixit. En ego deꝰ ve
ſter morior. Sciebat eīꝫ iuxta ꝓdictōem au
guris ſe īfra q̇nqꝫ dies moriturꝫ. Et ꝯtinuo
ꝑcuſſus ꝑ q̇nqꝫ dies v̓mibꝰ eū corrodētibꝰ
expirauit. Hec ioſephꝰ. ¶ In memoriā igi
tur tā mire liberatōis. ꝓncipis apl'orꝫ a vīcu
lis. ⁊ taꝫ dire vindicte in tirānū ꝯtinuo ſubſe
cute. eccl'ia feſtū ſcti Petri ad vincl'a ſolēni
ꝫat. Vn̄ ⁊ epl'a in miſſa canit̄ in q̄ h̄ liberatio
facta fuiſſe ꝑhibet̄. ⁊ ſc̄m hoc videt̄ ꝙ h̄ feſtuꝫ
d̄beret vocari Petri a vincul'. B ¶ Sc̄da
cā inſtitutōiſ extitit. Quoniā Alexāder pp̄
qui ſextꝰ poſt btm̄ Petrꝫ rexit eccl'iam ⁊ her
mes ꝑfectus vrb̄ Rome q̄ ꝑ alexandrꝫ ad fi
dem ꝯuerſus fuerat. a Quirino tribuno in
diuerẛ locis in cuſtodia tenebant̄. Dixitqꝫ
tribunꝰ ad Hermē prefectū. Miror te virū
prudentē honorē dimittere ꝑfecture. et vitā
aliā ſomniare. Cui hermes dixit. Et ego an̄
hos ānos h̄ omīa deridebā. ⁊ hāc vitā ſolaꝫ
eſſe putabā. Rn̄dit q̇rinus. Fac ergo ꝓbare
me ꝙ aliā vitā noueris eē. ⁊ ꝯtinuo fidi tue
diſcipulū me hēbis. Cui hermes dixit. San
ctus Alexāder quē tenes in vincul'. ip̄e hoc
meliꝰ te docebit. Tūc q̇rinuſ maledicēs her
mem ait. Ego tibi dixi vt me ꝓbare faceres
hoc. ⁊ nūc me mittis ad Alexādrꝫ quē ꝓ ſu
is ſceleribꝰ teneo vinculatū. Verūtn̄ ſuꝑ te
et alexandrꝫ cuſtodiā duplicabo. ⁊ ſi ip̄m te
cum vel te cū ip̄o inuenire potero. vere fidē
tuis ⁊ eius dictis vl' ſmonibꝰ adhibeo. Fec
q̊d dixit. Et alexandro h̄ hermes ꝯtinuo in
dicauit. Orante igit̄ ſctō alexandro angelꝰ
ad eū venit. ⁊ ip̄m ad hermē ī carcerē duxit.
Et inueniēs eos q̇rinus inſimul' plurimū ad
miratꝰ ē. Et cū hermes q̇rino narraret quō
alexander filiū ſuū mortuū ſuſcitaſſet. dixit
alexandro q̇rinus. Habeo filā gutturoſam
noīe balbinā Promitto igit̄ me tuā recipe
fidem. ſi filie mee impetrare poteris ſaluteꝫ
Cui alexander. Vade citius. ⁊ ip̄am ad car/
cerē meū adducito. Cui dixit Quirinus Cū
hic ſis quō in carcere tuo te potero inuenire

Ad quem Alexander. Vade cito. qꝛ qui me
huc adduxit. ille me illuc cito reducet. Per/
gēs igit̄ quirinꝰ filiā ſuā ad carcerē alexādri
adduxit. ⁊ ibidē ip̄um inueniēs. ad pedes ſu
os ſe ꝓſtrauit. Tūc filia eiꝰ cepit vincl'a ſācti
alexandri d̄uote oſculari vt ſanitatē recipe
ret. Cui alexander dixit. Noli filia haſ meas
oſculari cathenas. ſꝫ boias ſcti Petri diligē
ter inq̇re q̄s deuote oſculans recipies ſani
tatem. Quirinꝰ igit̄ ī carcere vbi petrus de
tentꝰ fuerat diligent' boias inq̇ri fecit. eaſqꝫ
cum inueniſſꝫ filie ſue oſculādas dedit. Illa
mox vt oſculata ē vīcula. ſanitatis ē integre
bn̄ficiū aſſecuta. Tūc q̇rinus veniā petens
alexandrꝫ de carcere extraxit. et ip̄e cū fami/
lia ⁊ alijs q̄ꝫplibus baptiſma ſuſcepit Tunc
ſctūs Alexander h̄ feſtū in kalen̄. Auguſti
celebrandū inſtituit. et in honorē apl'i petri
eccl'iam fabricauit. vbi vīcula repoſuit. ⁊ ad
vincula nomīauit. In hac ſolēnitate ad p̄di
ctā eccl'iam magnꝰ fit ꝯcurſus ꝑpl'i. ⁊ ibideꝫ
ꝑpl'us vincula oſculat̄. C ¶ Tercia cā in
ſtitutionis ſc̄m Bedā hec ē. Octauianꝰ ip̄e
rator ⁊ Anthoniꝰ ſibi inuicē affinitate ꝯiū
cti. ſic int̄ ſe mūdi totius iperiū diuiſerūt. vt
Octauianus in occidente italiā. galliā ⁊ hy
ſpaniā. Anthoniꝰ v̓o in oriente aſiā pontuꝫ
et affricā poſſideret̄. Anthoniꝰ āt laſciuꝰ et
lubricꝰ cū ſororē octauiani in vxorē h̄ret. ip/
ſam repudiauit. ⁊ cleopatrā reginā egipti ī
vxorē accepit. Ob h̄ indignatꝰ Octauianꝰ
manu armata in aſiaꝫ ꝯ̄ Anthoniū ꝓcedit.
et ip̄m in oībꝰ ſuꝑauit. Tūc anthoniꝰ ⁊ cle/
opatra victi fugerūt. ac ſemetip̄os ꝑ dolore
nimio occiderūt. Egipti igit̄ regnū octauia
nus deſtruxit. ⁊ romanā ꝓuīciā fecit. Ind̄
in alexandriā perexit. ⁊ oībus eā diuitijs ſpo
lians romā ip̄as trāſuexit. Vn̄ rēpublicam
auxit. ita ꝙ ꝓ vno denario daret̄ q̊d prius ꝓ
q̄tuor vendebat̄. Et qꝛ ciuilia bella valde vr
bem vaſtauerāt. ita eā renouauit vt diceret.
Inueni latericiā relinq̊ marmoreā. Qꝛ igit̄
in tātum rēpublicā auxit. auguſtus primo
oīm vocatꝰ ē. Vn̄ ⁊ ab eo auguſti dicti ſunt
q̄ ſibi in iꝑio ſucceſſerūt. ſic a Julio ceſare
eius auūculo ceſares appellant̄. Vn̄ ⁊ hunc
mēſem auguſtū q̄ prius ſextilis dicebat̄. qꝛ a

martio ſextꝰ erat. ꝓ́pl'us ſuo noīe intitulauit
eū Auguſtū vocāſ. In memoriā itaqȝ ⁊ ho
noꝛē victorie illiꝰ quā ꝑma die auguſti Oc
tauianus hūit. oēs romani hac die ſolēniza
bant vſqȝ ad tp̄s Theodoſij impatoris q̄ ce
pit regnare anno dn̄i. cccc.xxvj. Eudoxia igi
tur filia p̄dicti theodoſij imꝑatoris vxoꝛ va
lentiniani. hierl'mā ex voto ꝑrexit. Ubi q̄dā
iudeus ꝑ magno mūere duas ei cathenas
obtulit. q̄bus ſub Herode Petrꝰ apl's vin
ctus fuit. Cum igiť Romā rediſſet in kal'n.
auguſti. ⁊ in honoꝛē imꝑatoris gentil' roma
nos ſolēnizare videret. dolēs ꝙ dānato hoi
tantꝰ honoꝛ exhiberet. cogitanſqȝ ꝙ nō eos
de facili a tali cultura ⁊ ꝯſuetudie reuocare
poſſet. cogitādo tractauit vt obſuātia q̄dē
ſic ſtaret. ſȝ in honoꝛē ſcti Petri fieret. ⁊ illū
diē vniuerſus ꝓ́pl'us ad vincula nomīaret.
Habita igiť collatōe cū btō Pelagio papa
ꝓ́pl'm blandis exhoꝛtatōnibus induxerunt.
vt obliuioni traderet memoria ꝑncipis pa
ganoꝝ. ⁊ celebris fierȝ mēoꝛia ꝑncipis apl'o
rū. Qd' dū cūctis placuiſſet. illa catenas q̄s
de hierl'm attulerat ꝓtulit ⁊ populo oñdit.
Papa vō ⁊ illā catenā ꝓtulit q̄ ſub Nerōe
idē apl'us vinctꝰ fuit. Hac ergo illis ſociata
ita miraculoſe vna cathena facta ē. ac ſi ſp
vna ⁊ eadē extitiſſȝ. Un̄ papa ⁊ regia ꝓtinꝰ
ſtatuerūt. vt q̄d hoim indiſcreta religio fa
ciebat gētili dānato. in meliꝰ mutata facerȝ
apl'oꝝ ꝑncipi petro. Ipa igiť vincula papa
cū regina in eccl'ia ſcī Petri ad vincula po
ſuit. ⁊ ipam muneribꝰ multis et priuilegijs
magnis dotauit. ac p̄dictā diem vbiqȝ cele
brem foꝛe inſtituit. hec Beda. Idē dicit Si
gibertus. ¶ Quāte āt v'tutis hȝ cathena fu
it anno dn̄i. cccclxiiij. apparuit. quendā enȝ
comitē ipatoris Othonis ꝓpinquū dyabo
lus añ oculos oīm tā crudel'r arripuit. vt ſe
ip̄m dentibꝰ laceraret. Tūc iuſſu impatoris
ad Iohēm papā duciť. vt cathena ſcti petri
eius collo circūdareť. Sed cū q̄daȝ alia ca
thena furentis collo fuiſſȝ impoſita. ⁊ nichil
ex hac ꝓueniſſet ſalutis. nimirū vbi nil late
bat virtutis. tandē v'a petri cathena ꝓduci
tur. ⁊ furentis collo imponiť. Tante aūt vir
tutis pōdus diabolꝰ ferre nō potuit. ſȝ mox
coꝛam omibꝰ exclamās abſceſſit. Tūc theo
doꝛicus meteñ ep̄s ipam cathenā arripuit.
et eā ſe nullatenꝰ dimiſſuꝝ niſi manus ſibi
p̄cideret. aſſeruit. Cum igiť ſup hoc int' ep̄m
⁊ papā alioſqȝ clericos g'uis oꝛireť ꝯtentio.
impatoꝛ tandē ip̄m litigiū ſedauit. ⁊ ep̄o ex
ip̄a cathēa a papa anulū ip̄etrauit. ¶ Nar
rat Miletꝰ in crōica. ⁊ idē hētur in hiſtoꝛia
tripita. ꝙ his diebꝰ apd' epyrum draco in
gens apparuit. in cuiꝰ oꝛe Donatꝰ ep̄s v'tu
te inſignis expuens mox eū occidit. priꝰ tñ
añ eius faciē digitis crucē deſignās. ⁊ eidē
oñdens. Quē vix octo iuga boum ne eius
putredine aer inficereť ad locū incendij tra
here potuerūt. Idē q̄ȝ ait ibidē. ⁊ in eadē tri
ꝑtita hiſtoꝛia habeť ꝙ in creta diabolꝰ i ſpe
cie Moyſi ſe poſuit. Qui iudeos vndecū
qȝ ꝯgregās ſup magnū mōtis p̄cipiciū iux
ta mare eos duxit. Quos dū ad terrā ꝓmiſ
ſionis ſicco pede ſe p̄eūte ducere polliceret
innumeros enecauit. Un̄ credit ꝙ diabolꝰ
indignatꝰ. qꝛ occaſione iudei q̄ regie cathe
nā dederat plauſꝰ octauiani ceſſauit. de his
ſe tal'r vindicauit. Multi autē ex hijs q̄ eua
ſerunt. ad baptiſmi grām ꝯuolarūt. Cū enī
mons ip̄e decliuis incūberet. ⁊ illi ſeſe euol
uerent. ꝑ́oꝛes tā acutis rupibꝰ lacerati q̄ȝ ī
mare p̄focati moꝛtui ſunt. Cunqȝ reliq̄ idȝ
facere vellēt. ⁊ de prioꝛibꝰ q̄d eis acciderit ig
noꝛarent. quidā piſcatoꝛes inde tranſeūtes
malū quod acciderat narrauerūt eiſdem. ⁊
ſic illi conuerſi ſunt. Hec in hiſtoꝛia triꝑtita
D ¶ Quarta cauſa inſtitutiōis hic aſſig
nari poteſt. Dominꝰ enim a vinculis petꝝ
miraculoſe abſoluit. ⁊ eidem ligādi ⁊ abſol
uendi poteſtatē dedit. Nos autē vinculis
peccatoꝝ obligati tenemur ⁊ abſolui īdige
mus. Ideo igitur ip̄m in ſolennitate que di
citur ad vincula honoꝛamꝰ. vt ſicut ip̄e a vī
culis abſolui promeruit. ⁊ ſicut abſoluendi
a domino poteſtatē accepit. ſic ⁊ ip̄e a pecca
toꝛum vinculis nos abſoluat. Hāc vltimā
inſtitutōis cauſam non nullā extitiſſe quis
de facili ꝑpendere poteſt. ſi videat ꝙ abſolu
tionem a vinculis in apoſtolū factā epiſto
la cōmemoꝛat. abſoluēdi ꝑtātē ſibi ꝯceſſam
euāgeliſta recitat. abſolutiōem ab ip̄o nob

 

fiendam hodierna orō poſtulat. ¶ Q₃ aūt
p claues q̄s accepit interdū etiā₃ dānādos
abſoluat. in q̄dā miraclō q̄d legit̄ i libro mi
raculo℞ btē v̄gīs ſatis claret. Apd̄ nāq₃ Co
loniā vrbē in mōaſterio ſc̄ti petri erat q̄dā₃
mōach⁹ leuis lubric⁹ ꝛ laſciuus. Hic dū ſbi
ta morte fuiſſ₃ p̄uētus demōes ipm accuſa
bāt. ꝛ q̄lib₃ pctō℞ genera ꝯ ipm clamabant
Unū dicebat. Ego ſū cupiditas tua. q̄ ꝯ dei
p̄cepta tam freq̄nt̄ cupiſti. Aliud clamabat
Ego ſū vana glīa. q̄ te apd̄ hoīes iactant ex-
altaſti. Alid̄ aūt. Ego ſū mēdaciū in q̄ mētiē
do peccaſti. et cet̄a ſil̄r. Ecōtra q̄dā bōa opa
q̄ fecerat ipm excuſabāt dicētia. Ego ſū obe
dientia quā ſenioꝛib⁹ ſp̄ualibus exhibuiſti
Ego ſū pſalmo℞ cātus. quē freq̄nter deo cō
ciniſti. Sc̄ts āt petr⁹ c⁹ erat mōach⁹ ꝓ ipo
dep̄caturus deū adijt. Cui rn̄dit dn̄s Nun
q̄d nō ꝓph̄a me inſpirāte dixit. Dn̄e q̄s hita
bit in tabnaculo tuo. aut q̄s req̄eſ. i mōte ꝛc.
Qui ingredit̄ ſin̄ macula ꝛc. Quō hic pt ſal
uus eē cū nec ſine macula ſit ingreſſus. nec
ſit iuſticiā opatus. Rogāte igit̄ p eo petro
cū v̄gīe matre dei. hāc dn̄s ſniam ꝓtulit. vt
ad corp⁹ rediret ꝛ ibi pniā₃ ager₃. Tūc ꝯfeſti
petrus claui quā māu tenebat diabolū ter
ruit ꝛ in fugā cōuertit. Aiam v̄o ei⁹ i māu
cuiuſdā q̄ in p̄dicto mōaſterio mōach⁹ fue
rat tradidit. ꝛ vt ad corp⁹ ipam reduceret p̄
cepit. Qui eo p mercede reductōnis popo
ſcit vt ſingul' diebus pſalmū Miſerere mei
deus diceret. ꝛ ſepulturā e⁹ ſepe ſcobis mū
daret. Ipeq₃ d̄ morte rediēs q̄ ſibi ꝯtigerāt
omnibus narrauit.

CVI.

## ¶ De ſancto ſtephano papa.

Stephanus papa cū m̄ltos gētiliū v̄bo ꝛ exēplo con
uertiſſet ꝛ multa corpa ſc̄to℞ mar
tirum ſepeliſſ₃. a valeriano ꝛ galieno anno
dn̄i. cclx. ſūmo ſtudio q̄rit̄. vt eū ꝛ clericos
aut ſacrificare cogerēt aut ſupplicijs diuerſ̄
punirēt. Dederūtq₃ edictū vt q̄cūq₃ eos ꝓ-
deret totā eo℞ ſubam poſſideret. Quapp̄t
decēde ei⁹ clericis ſtatim ꝯ̄phenſi ſūt ꝛ ſine
audiētia decollati. Seq̄nti die Stephanus
papa ꝯ̄phendit̄ ꝛ ad tēplum martis ducit̄.
vt ibi aut ydolū adoraret. aut capitalē ſniā₃
ſubiret Sed cū templū ingreſſus fuiſſ₃ ꝛ de
um vt ipm tēplū deſtrueret exoraſſet. ſtati
mag̃ ps templi corruit. ꝛ oīs multitudo pre
nimio timore aufugit. Ipe v̄o ad cimiteriū
ſancte Lucie ꝑrexit. Qd̄ audiēs Ualerian⁹.
milites plures ꝑoꝛbus ad eū miſit Qui ve
nientes eū miſſam celebrantē inuenerunt ꝛ
ſtantē intrepidū ac incepta deuote pficiētē₃
in ſua ſede decollauerūt.

CVII.

## ¶ De inuentione ſancti ſtephani prothomartiris.

Inuentio corpo
ris pthomartiris ſtephani an
no dn̄i. ccccxvij. Honorij pnci
pis āno. vij. facta fuiſſe narrat̄
Repit̄ aūt ei⁹ inuētio tranſlatio ꝛ ꝯiūctio.
Inuētio ipiuſ h̄ ordie facta fuit. Nā cū q̄dā
p̄ſbit̄ nomīe Lucian⁹ i territorio hierlitano
quē Genadi⁹ int̄ illuſtres viros ꝯmēorat. ꝛ
h̄ ſcripſit feria ſexta i ſtratu ſuo q̄eſcer₃ ꝛ pe
ne euigilaret. q̄dā vir ſenex ſtatura pcerus.
vultu decor⁹. barba plixa. pallio candido
amict⁹. cui gēmule auree ꝛ cruces inerant
ꝯtexte. calciat⁹ caligis in ſup̄ficie deauratis
eidē apparuit. Qui manu aureā v̄gā tenēs
tetigit eū di. Sūma cū diligētia nr̄os pate-
facito tumulos. q̄z indecent̄ d̄ſpecto loco re
cōditi ſumus. Uade igit̄ ꝛ dic Johi epō ihe
roſolimitano vt nos in honorabili loco re-
ponat. q̄z cū ſiccitas ꝛ tribulatō mūdū ꝯcuſ
ſerit. nro℞ ſuffragijs de⁹ mūdo ppiciari dcre
uit. Cui lucian⁹ p̄ſbit̄ dixit. Dn̄e q̄s es. Ego
ſū inq̄t Gamaliel. q̄ paulū ap̄lm enutriui.
ꝛ ad pedes meos legē pdocui Qui āt mecū
iacet ſc̄ts ē ſtephanus q̄ a iudeis lapidatuſ
extra ciuitatē piect⁹ ē. vt a feris ꝛ auib⁹ duo
raret. S₃ h̄ oīno ille phibuit cui idē martir
illeſā fidē ſuauit. Ego āt ip₃ cū reuerētia m̄l
ta collegi. ꝛ i meo nouo tumlo ſepeliui Ali⁹
āt q̄ mecū iac₃ ē Nycodem⁹ nepos me⁹. q̄ no
cte Ihm adijt. ꝛ a petro ꝛ Johe ſac℞ baptiſ
ma ſuſcepit. Quapp̄t indigti in eū pncipes
ſacerdotū eū occidiſſent. niſi ob noſtri reue

rentiā deſtitiſſent. Verūtamē oēm ſubſtam
eius diripuerūt. et a ꝑncipatu depoſuerūt
multiſqꝫ eū afficiētes vberibꝰ ſemiuiuū re-
liqrūt Hūc cū ego ī domo mea duxiſſeꝫ. die
bus aliqbꝰ ſupuixit. ⁊ defūctuꝫ iuxta pedes
btī ſtephani ſepeliri feci. Terciuſ vō q̄ mecū
eſt. ipe eſt Abibas filiꝰ meꝰ q̄ āno etatis ſue
xx. mecuꝫ baptiſma ſuſcepit. ⁊ vgo ꝑmanēs
cū paulo diſciplo meo legē didicit Vxor vō
mea Etbea ⁊ ſelemyas filiꝰ meus. q꜡ fidem
xpi noluerūt recipe. nrā neq̄q̄ꝫ digni ſepul-
tura fuere. ſꝫ eos alibi ſepultos iuenies. ⁊ eo
rū tumulos vacuos ⁊ inanes. Hoc dicto
ſctūs gamaliel diſpuit. Lucianꝰ vō euigilans
dūm exorauit. vt ſi hec viſio in vitate fierꝫ. ei
dē ſcdo ac tercio appareret. In ſeq̄nti igitur
feria ſexta eidē ſicꝰ priꝰ appuit. ⁊ cur ea q̄ ſibi
dixerat neglexerit req̄ſiuit. Nō inq̄t dn̄e ne-
glexi. ſed rogaui dn̄m vt ſi h̄ viſio ex deo eēt
mihi tercio appereret. Dixitqꝫ ei Gamaliel.
Quoniā in mēte tua cogitaſti ſi noſ inueni
res quō reliq̄as ſingloꝝ diſcernere poſſes.
ex his q̄ tibi ſb̄ ſilitudine offero ſinguloꝝ lo
culos ⁊ reliq̄as edocebo Oſ̄ditqꝫ ei tres ca
lathos aureos ⁊ q̄rtū argenteū. q꜡ vnꝰ erat
plenꝰ roſis rubentibꝰ. ⁊ alij duo roſ albis.
q̄rtū et oſ̄dit calathū argēteuꝫ plenū croco
Dixitqꝫ gamaliel Hij calathi noſtri ſunt lo
culi. ⁊ he roſe nrē ſunt reliq̄e. Calathꝰ plenꝰ
roſis rubeis eſt loculꝰ ſctī ſtephani. q̄ ſolus
ex nob̄ martirio meruit coronari. Alij duo
roſis albis pleni. mei ⁊ nichodemi ſūt locu-
li. q̄ ſincero corde in ꝯfeſſiōe xpi ꝑſeuerauī-
mus. Quartꝰ vō argenteꝰ croco plenus eſt
abibe filij mei. q̄ cādore vginitatis pollebat
et mūdus de mūdo exiuit. His dictis iterū
diſpuit. Feria aūt ſexta ſeq̄ntis hebdomade
eidē iratꝰ apparuit. ⁊ d̄ dilatōe ⁊ negligētia
ſua eū ḡuit increpauit. Cōtinuo igit̄ Lucia
nus hierlmā adijt. ⁊ Johi epo cūcta ꝑ ordi
nē enarrauit. Pergūt igit̄ cū alijs epis ac-
cerſitis ad locuꝫ ꝑdictū luciano oſtenſum.
Cūqꝫ cepiſſent fodere. t̄ra ꝯcutit̄ ⁊ ſuauiſſi-
mus odor ſentit̄. Ad cꝰ odoris mirā fragrā
tiam meritis ſctōꝝ. lxx. hoīes a diuerſ̄ infir-
mitatibꝰ libant̄. Sicqꝫ in eccliam ſion q̄ eſt
in hierlm. vbi ſctūs ſtephanꝰ archidyacona

tus officō functꝰ ē. cū magno gaudio ſctōꝝ
reliq̄as trāſtulerūt. ⁊ ea ſibi honorifice ꝯdi
derūt. Ea āt hora pluuia mag̃ deſcēdit. Huiꝰ
viſionis ⁊ inuētionis mentiōem facit beda
in cronica ſua. B Hec inuētio ſctī ſte
phani facta ē ea die q̄ eiꝰ paſſio celebrat̄. ⁊ eꝰ
paſſio in hac die fuiſſe d̄r. Feſta aūt ab eccle
ſia mutata ſunt duplici rōe. Pria eſt q̄niā
xpus ideo natꝰ eſt in t̄ris vt hō naſceret̄ in celꝰ
Decuit igit̄ vt natiuitati xpi cōtinuaret̄ na-
tale ſctī ſtephani. q̄ ꝑmus ꝓ xpo martyriuꝫ
ſuſtinuit q̄d eſt naſci ī celo. vt ꝑ hoc notaret̄
vnā ex alia ſeq̄. Vn̄ et cātat̄ de ipo. Heri xpc
natus ē in t̄ris vt hodie ſtephanꝰ naſceret̄ ī
celis. Scda rō eſt. q̄niā feſtū de inuentione
ſolēnius agebat̄ q̄ꝫ feſtū de paſſione. Et hoc
tum ꝓpt̄ reuerentiā natiuitatis dn̄i. tū ꝓpt̄ mlt̄
ta miracl'a q̄ in ipius inuētōe dn̄s oſtendit.
Q꜡ ergo paſſio ipiꝰ dignior ē q̄ꝫ inuētio. et
ob h̄ ſolēnior d̄ꝫ eē. iō ecclia feſtū de paſſiōe
ad aliud t̄ps trāſtulit. in q̄ in ampliori reue
rentia habeat̄. Tranſlatio āt eiꝰ vt ait Au
guſt. h̄ mō fuit. Nā alexander ſenator ꝯſtā
tinopolitanꝰ hierlm cū vxore ſua adijt. ⁊ pro
thomartiri Stephāo pulcerrimū oratoriū
ꝯſtruxit. ac pꝰ eius obitū iuxta eꝰ corpus ſe
ſepeliri fecit. Euolutis ergo ſeptem ānis. iu
liana eius vxor in patriā ſuā volens redire
vtpote q̄ a ꝑncipibꝰ iiuriā patiebat̄: corpꝰ
viri voluit deferre. Qd̄ cū ab epō mltis p̄ci
bus poſtulaſſet. epſ duos locl'os argēteos
ꝓtulit di. Non noui q̄s ſit ex his loculꝰ viri
tui. Et illa. Ego noui. Et impetū faciēs am
plexata ē corpus ſctī ſtephani. Sic ergo dū
corpus viri putat accipe. caſu corpꝰ ꝓtho-
martiris accepit. Cū āt nauim cū corpe cō
ſcendiſſꝫ. hymni audiūt̄ angelici. odor effra
grat. clamāt demōes. ⁊ euā ſuſcitāt tēpeſtatē
dicētes. Ve nob̄. q꜡ ꝓthomartir ſtephanus
trāſit diro nos vberās igne. Cū ergo naute
naufragiū formidarent. ſtephanꝰ iuocat̄. ⁊
ꝯtinuo appuit eis di. Ego ſū nolite timere.
Statiqꝫ tranq̄llitas mag̃ ſb̄ſecuta ē. Tunc
audite ſūt voces d̄monū clamātiū. Impie
ꝑnceps nauē accēde. q꜡ aduerſarius noſter
ſtephanꝰ ē in ea. Tūc ꝑnceps demonū q̄nqꝫ
demōes q̄ nauē incēderēt miſit. Sꝫ angelꝰ

dñi in pfūdū eos dimerſit. Et cū calcedonē
veniſſent. demões clamabāt. Seruꝰ dei ve
nit q ab iniqs lapidatꝰ ē iudis. Cōſtantino
lim igit incolumes puenerūt ⁊ in qdā eccīa
corpus ſcti ſtephani cū mag reuerētia pdi
derūt h Aug. ¶ Coniūctio aūt corpis ſācti
ſtephani cū corpe ſcī Laurētij h ordie facta
fuit. Cōtigit enī Eudoxiā filiā Theodoſij i
peratoris a demone gūit cruciari. Qd cum
patri ſuo pſtātinopolim pſtituto intimatū
fuiſſet. iubet filiā pſtātinopoli adduci. vt ſa
croſanctis pthomartiris ſtephani reliquijs
tangeret. Demō aūt i ea clamabat. Niſi ſte
phanꝰ romā veiat ñ exibo. qñiā ſic ē aplo
volūtas. Qd cum impator audiuiſſz. a cle
ro ⁊ pplo cōſtātinopolitano obtinuit vt cor
pus ſcti ſtephani romanis daret. ⁊ ipi beati
Laurētij corpꝰ acciperēt. Tūc impator Pe
lagio pape ſup h ſcripſit. Papa vō de cōſi
lio cardinaliū impatoris petitioni cōſenſit.
Miſſi igit pſtātinopoli cardinales corpus
ſcti ſtephani romā deferūt. et greci p accipi
do corpe ſcti laurētij pſequūtur. Capue igit
corpus ſtephani recipit ⁊ brachiū eiꝰ dextrū
a capuanis deuotis pcibꝰ obtinet. ⁊ metro
politana eccīa in eiꝰ honore fabricat. Cum
aūt romā veniſſent. ⁊ in ecclīam ſcti Petri
ad vincla corpꝰ deferre vellēt. vectores ſub
ſiſtūt. nc vltra pcedre pñt. Demō āt in puel
la clamabat. Fruſtra laboratis. qꝛ nō hic ſed
apd frēm ſuū laurētū ſedē elegit. Illuc igit
corpꝰ defert. et ad eiꝰ tactuz puella a demōe
liberat. At laurētꝰ aduētui fris ſui qſi pgtu
lans ⁊ arridēs. in alterā ptez ſepulcri ſeceſſit
et medietatē illius vacuā fratri reliqt. Gre
ci vō dū manꝰ apponūt vt laurētiū ferāt ad
terrā velut exanimes corruerūt. Sz orantī
bus p eis papa clero ⁊ pplo. vix ad ſe ad ve
ſperā redierūt. Oēs tñ infra decē dies mor
tui ſunt Latini et q ſibi pſenſerāt in freneſim
verſi ſanari nō potuerūt. qadusqz ſctōꝝ cor
pora inſimlꝰ tumulata fuerūt. Tunc vox de
celo audita ē. O felix roma q corpꝰ laurētij
hyſpani. ⁊ ſtephani hieroſolimitani tā glo
ſa pignora vno claudis mauſoleo. Facta ē
aūt iſta piūctio. ix. kal. Maij. circa ānos do
mini. ccccxxv. ¶ Refert Aug. in li. xxij.
de ciui. dei. ſex mortuos ad inuocatōem ſcti
ſtephani ſuſcitatos. vicz qndā q cū mortuꝰ
ſic iaceret vt ei iā pollices ligarent. iuocato
ſup eū noīe btī ſtephani ptinuo ſuſcitatꝰ ē.
Item qndā puez a plauſtro ptritū. quē ma
ter ad eccīam ſcti ſtephāi deferēs. viuū ⁊ ſa
nū recepit. Itē qndā ſcimonialez q cū in ex
tremo ſpū pſtituta ad eccīam ſcti ſtephani
delata fuiſſet ⁊ ibidez expiraſſet. videntibus
oibus et ſtupētibꝰ ſanata ſurrexit. Item qn
dam puellā apd yponē cuiꝰ tunicā cuz pat
ad eccīam ſcti ſtephani deportaſſz. eā poſt
modū ſup corpus defūcte puelle piecit. et il
la ſtati ſurrexit. Itē qndā iuuenē apud ypo
nē cuius corpꝰ cū inunctū fuiſſz oleo ſancti
ſtephāi ſtati ſurrexit Itē qndā puez q cum
ad eccīaz ſcti ſtephani mortuꝰ fuiſſet delatꝰ
ad iuocatōem ſcti ſtephāi vite eſt ptinꝰ re
ſtitutus. De h martire ſic dic Aug. Mar
tirem iſtū gamaliel ſtolatꝰ reuelauit. Sau
lus ſpoliatus laudauit. Xpus pānis inuo
lutꝰ ditauit. ⁊ pcioſa lapide coronauit. Idē
In ſtephano emicuit pl'critudo corpis. flos
etatis. eloqntia ſmocinātis. ſapia ſctiſſime
mētis. ⁊ opatō diuitatis. Idē. Fortis colūna
dei cū inter lapidiferas manus captatorio
forcipe teneret fide fū dabil' igniebat. ferieba
tur et pducebat. pſtrigebat ⁊ augebat. cede
bat ⁊ ñ vincebat. Idē ſup illd Dura ceruice
⁊c. Hic ñ blādit. ſz iuebit. ñ palpat ſz puocat
nō trepidat ſz inſtigat. Idez. Attēde ſtepha
num pſeruū tuū. hō erat ſic ⁊ tu. d maſſa pcti
erat ſic ⁊ tu. eo pcio redēptus q tu. Et cum
dyaconꝰ erat euāgeliū legebat. qd legis vel
audis ⁊ tu. Ibi inuenit ſcriptū. Diligite ini
micos veſtros. Didicit legendo. pfecit obe
diendo.

## CVIII.

## ¶ De ſancto dominico.

Dominicꝰ dicitur
quaſi dñi cuſtos vl' a dño cuſto
ditus. Vel dr dominicꝰ qntū ad
ethimologiā hꝰ nois qd eſt dñs. Dicit autē
cuſtos dñi tribus modis. ſcz cuſtos hono
ris dñi quo ad deum. cuſtos vinee dñi vel

gregis dñi q̄ ad primū. cuſtos voluntatis
dñi ſiue ꝓceptoꝝ dñi q̄ ad ſeip̄um. Scḋo dr̄
dñicus q̄i a dño cuſtoditus. Dñs eīꝫ cuſto
diuit ip̄um q̄ntū ad triplicē ſtatū ſuū. in q̄ꝝ
p̄mo fuit laicꝰ. in ſcḋo regularis canōicus. ī
tercio vir aplicꝰ. Nā in p̄mo eū cuſtodiuit
faciēdo eū laudabilr̄ incipe. in ſcḋo feruent̄
ꝓficere. in tercio ꝑfectōem apprehēdere. Ter
cio pt̄ dici dñicus ꝑ ethimologiā hꝰ nomīs
dñs. Dñs nāqꝫ dr̄ q̄i donās minas. vel do
nās minus. vl' donās munꝰ. Sic hic Dñi
cus fuit donās. id eſt ꝯdonās minas ꝑ iīu
riaꝝ dimiſſionē. donans minꝰ ꝑ corpis ma
ceratōem. q2 corpi ſuo ſp̄ minꝰ dabat q̄ꝫ ap
petebat. donās munꝰ ꝑ libertatis largitōeꝫ
quia nō ſolū ſua paupibus tribuit. ſed etiā
ſeip̄m pluries vēdere voluit. A

D Ominicus ordīs p̄dicatoꝝ dux et
pat̄ inclitꝰ. ex hiſpanie ptibꝰ villa q̄
dicit̄ Calaregia oxonieñ dioceñ pa
tre Felice. matre vō Johāna noīe ſm carnē
originē duxit. Cuiꝰ mat̄ añ ipiꝰ ortū vidit in
ſomnis ſe catulū geſtantē in vtero ardentē
in ore faculā baiulantē. Qui egreſſus ex vte
ro totā mūdi machinā incēdebat. Cuidā et
matrone q̄ ip̄m ex ſacro fonte leuauerat vi
debat̄ ꝙ puer Dominicus ſtellā ꝑfulgidaꝫ
hr̄ēt in fronte q̄ totū orbē illuſtrabat. Dum
adhuc eēt puerulꝰ ⁊ ſb nutricis cuſtodia cō
ſtitutus. dep̄henſus ē ſepe lectū dimittere ⁊
ſup nudā humū iacere. Miſſus tandē pa
lentiā ad ſtudiū amore ſapie addiſcende. vi
nū ꝑ decenniū nō guſtauit. Ubi cuꝫ fames
valida eēt. libroſ cū omī ſuppellectili vēdidit
et p̄cium eoꝝ paupibꝰ erogauit. Creſcente
iam eiꝰ fama. ab ep̄o oxonieñ. ī ſua eccl'ia ca
nonicꝰ regl'aris efficit̄. ⁊ poſtmodū factꝰ oi
bus vite ſpecl'm a ꝯcanōicis ſupprior ordiat̄
Ip̄e aūt die ac nocte lectōi ⁊ orōni vacabat
aſſidue deū exorās vt ſibi hāc grām infūde
re dignaret̄. q̄ ſe totū aliq̄n ſaluti poſſꝫ impē
dere primoꝝ. In libro q̄qꝫ de collatōibꝰ pa
trū ſtudioſiſſime legēs magnū ꝑfectiōis cu
mulū apprehēdit. Pergēs āt cū p̄dicto ep̄o
tholoſā. dep̄hendit hoſpitē ſuū heretica p̄ui
tate corruptū. Quē ad fidē ꝯuertit. ⁊ q̄ſi q̄n
dam p̄miciarū manipulū future meſſis do
mino preſentauit. ¶ Legitur in geſtis co
mitis mōtis fortis ꝙ cū btūs Dominicus
q̄dam vice aduerſus hereticos p̄dicaſſꝫ. au
toritates q̄s ī mediū pduxerat redegit ī ſcri
ptis. ⁊ cuidā heretico cedulā illā tradidit. vt
ſup obiectis deliberare deberet. Illa aūt no
cte ad ignē hereticis ꝯgregatis. cedulā quā
recepat pduxit ī mediū. Cui ſocij dixerūt vt
in ignē illā piiceret. ⁊ ſi ꝯburi ꝯtingeret eo
rū fides imo pfidia vā eēt. Si vō ꝯburi nō
poſſꝫ. verā fidē romāe eccl'ie p̄dicarēt. Qua
ꝓpter cedula in ignē piicit̄. Que cū aliq̄ntu
lum morā in igne feciſſꝫ. incōbuſta ab igne
ptinꝰ pſiliit. Stupentibꝰ cunctis. vnꝰ ceteis
durior ait. Proiiciat̄ iteꝝ. ⁊ ſic expientia ple
nius reperiet̄ et plenius expiemur v̄itatem.
Proiicit̄ iteꝝ. ⁊ iteꝝ pſiliit incōbuſta. Iteꝝ il
le dixit. Tercio piiciat̄. ⁊ tūc ſiñ dubio rei exi
tum cognoſcemꝰ. Proiicit̄ tercio. ⁊ iterum
incombuſta pſiliit ⁊ illeſa. Heretici āt in ſua
duricia p̄manētes. diſtrictiſſima int̄ ſe iura
tione firmauerunt ne hoc aliq̄s publicaret.
Quidā tn̄ miles q̄ ibi aderat. ⁊ noſtre fidei
aliq̄ntulū adherebat. iſtud miraculuꝫ poſt
moduꝫ publicauit. Factū eſt aūt hꝫ apd̄ mō
tem victorialē. ¶ Simile q̄ddā dr̄ accidiſſe
apud fanū iouis indicta ibidē in diebꝰ illis
ꝯtra hereticos q̄dā diſputatōne ſolenni.
B ¶ Ceteris igit̄ ad ꝓpria redeūtibus ⁊ epi
ſcopo oxonieñ. defuncto ſolꝰ ibidē ſcūs Do
minicus cū paucis remāſit ꝯ hereticos cō
ſtanter verbū dei annūcians. Irridebāt aūt
eum aduerſarij v̄itatis. ſputa. lutū ⁊ hmōi
vilia piicientes in eū. ⁊ a tergo ꝑ deriſu ſibi
paleas alligātes. Cū aūt ſibi interitū mina
rentur imperterritꝰ rn̄debat. Nō ego mar
tirij dignꝰ ſū glīa. nōdū merui iſtā mortem
Quapꝓpt̄ locū trāſiens in q̄ ſibi parate fere
bant inſidie. non ſolū intrepidus. veꝝ etiaꝫ
cantās ⁊ alacer ꝓcedebat. Qō illi admiran
tes dixerūt illi. Nūq̄d nō tu mortis horrore
ꝯcuteris. Quid acturus eras ſi ꝯp̄hendiſſe
mus te. At ille. Rogaſſem vos ne repenti
nis me ſubito ꝑimeretis vlneribꝰ. ſed paula
tim et ſucceſſiue mēbra ſingula mutilātes.
deinde oſtenſis coram ocl'is meis detrun
catis membroꝝ particulis. ipos etiā oclos

# ¶ De ſancto Dominico

eruentes ad vltimū ſemiuiuū laceratumqꝫ
corpꝰ ſic ꝑmittētes in ſuo ſanguīe volutari
vel ꝓſus ad libitū me necaretis. ¶ Cuꝫ qn
dā repperiſſet ꝑꝑ̄ nimiā quā patiebat̄ inopi
am hereticoꝝ ꝯſortijs adheſiſſe. decreuit ſe
ipm̄ venūdare qtenꝰ ex accepto ꝓcio de ſeip
ſo ⁊ egeſtatis ſit̄ occaſionē ꝓcideret. ⁊ ſub er
rore venundatū libaret. Qḋ ⁊ feciſſꝫ. niſi in-
opie eiꝰ dūna miſcḋia aliter ꝓuidiſſet. ¶ Ali-
as etiā cum q̄dam mlr frēm ſuū ſaracenoꝝ
captiuitate detentū. lamētabiliſibi ꝯq̄ſtiōe
exponeret. nullūqꝫ ſibi ad eiꝰ liberatōem fa
teret̄ ꝯſiliū ſupeſſe. ille intima ꝯpaſſione cō
motus ſeipm̄ ꝓ redemptiōe captiui vēden
dū obtulit. Sꝫ deus q̄ ipm̄ nccāriorē ad re
demptōem ſpūalē multoꝝ captiuoꝝ ꝓuide
tat nō ꝑmiſit. ¶ Hoſpitatꝰ ī ꝑtibus tholo-
ſanis apḋ q̄ſdā matrōas ab hereticis ꝑ oſtē
tatōem religionis deceptas. ꝑ totā q̄drage
ſimā vt ſic clauū clauo retūderet. in pane ſo
lū ⁊ aq̄ frigida cū adiūcto ſibi ſocio ieiuna
uit. Nocte vō vigilans cū nccītas cogebat.
laſſa mēbra ſup nudā tabulam reclinabat.
Sicqꝫ factū eſt vt illas matrōas ad agnitō
nem vītatis ꝑduceret. ¶ Poſt hͨ āt cepit de
inſtitutōne ordis cogitare cuiꝰ officiū eēt ꝑ
mundū ꝑdicando diſcurrere. ⁊ ꝯ̄ hereticos
fidē catholicā ꝯmunire. Cum igit̄ in ꝑtibus
tholoſanis māſiſſꝫ ꝑ decē annos a tranſitu
oxonienſ̄ epī vſqꝫ ad tp̄s q̄ lateranēſe ꝯciliū
debuit celebrari. cū Fulcone tholoſano epo
romā ad ꝯciliū generale adijt. ac a ſummo
pōtifice Innocētio ordinē q̄ ꝑdicatoꝝ dice-
ret̄ ⁊ eēt ꝯfirmari ſibi ſuiſqꝫ ſucceſſoribꝰ po
ſtulauit. Qui cū aliq̄ntulū ſe difficilē exhibe
ret. nocte q̄dam idē pontifex videbat ī ſom
nis ꝙ lateranēſ̄ eccl̄ia gūē ſubito ruinā mi
naret̄. Qḋ dū tremēs aſpiceret ex aduerſo
vir dī dñicꝰ occurrebat. hūeriſqꝫ ſuis ſuppo
ſitis totā illā caſurā fabricā ſuſtētabat. Eui
gilans aūt ⁊ viſionē intelligēs. petitionē vi
ri dei hilariter acceptauit. hortās vt ad frēs
ſuos rediēs. regulā aliq̄ꝫ approbatam ſibi
eligeret. ⁊ ſic ad ipm̄ rediēs ꝯfirmatōem ad
libitū impetraret. Regreſſꝰ igit̄ verbū ſum-
mi pontificis fratribꝰ patefecit. Erant autēꝫ
fratres numero circiter. xvj. Qui inuocato
ſpūſancto regulā beati Auguſtini doctoꝛ̄
et ꝑdicatoris eximij. ipi pit̄er ⁊ re ⁊ nomine
ꝑdicatores futuri vnanimit̄ elegerūt q̄ſdaꝫ
arctiores quidē vite ꝯſuetudines. q̄s ſibi per
formā ꝯſtitutionū obſuādas ſtatuerūt. in-
ſup aſſumentes. Verū interea Innocētio d̄
functo. ⁊ Honorio in ſummū pontificē ſub
limato. ꝯfirmatōem ordinis anno dñi. M.
ccxvj. a ꝑdicto honorio impetrauit. Dū igi
tur Rome in eccl̄ia ſcti Petri ꝓ dilatatōne
ſui ordis exoraret glioſos ꝑncipes apl̄oꝛuꝫ
Petꝝ ⁊ paulū ad ſe veniētes aſpexit. Quo
rum pmꝰ Petrꝰ vicꝫ baculū. Paulꝰ vō ſi-
bi libꝝ tradere videbant̄. addebātqꝫ dicētes
Vade ꝑdica. qꝛ a deo ad hͨ miſteriū es elec-
tus. Moxqꝫ in momēto tēpis videbat̄ ei ꝙ
filios ſuos ꝑ totū mundū diſpſos aſpiceret
incedentes binos ⁊ binos. Quapꝑꝑ̄ tholo
ſam rediens frēs ſuos diſpſit ⁊ q̄ſdam q̄dēꝫ
in hiſpaniā. quoſdā vō pariſius. alios tandē
bononiā deſtinauit. ipē vō Romā reuerſꝰ
eſt. ¶ C ¶ Monachꝰ q̄dā añ ordis ꝑdica
toꝝ inſtitutōēꝫ in extaſi factꝰ. vidit btām vir
ginē flexis genibꝰ et iūctis māibꝰ ꝑ hūano
genere filiū depcantē. Qui dās ſepe pie ma
tri repulſā. tandē inſtante ea ſic ait. Mater
mea qḋ poſſum vel debeo amplīꝰ eis facere
Miſi patriarchas ⁊ pphas. ⁊ paꝝ ſe emen
dauerūt. Veni ego ad eos. deinde miſi apo
ſtolos. ⁊ me ⁊ illos occiderūt. Miſi marti-
res ꝯfeſſores ⁊ doctoreſ. nͨ illꝫ acq̄euerūt Sꝫ
qꝛ ñ eſt fas vt tibi aliq̄d denegē. dabo eiſ me
os ꝑdicatores ꝑ q̄s valeāt illūinari ⁊ mun-
dari. ſin aūt veniā ꝯ̄ illos. Similē viſionē
aliꝰ vidit eodē tp̄e q̄. xij. abbates ciſtercienſ̄
ordis tholoſā ꝯ̄ hereticos ſūt trāſmiſſi. Nā
cū filiꝰ matri orāti rñdiſſꝫ vt ſup̄. Dixit mat̄
Bone fili nō ſm̄ eoꝝ maliciā. ſed ſm̄ tuā mi
ſicordiā agere dhes. Tūc filiꝰ victus pcibꝰ
ait. Ad votū tuū adhuc cū eis hāc miſcḋiā
faciam ꝙ predicatores meos eis mittā. qui
eos moneant ⁊ informēt. ⁊ ſi ſe non correxe
rint amplīꝰ eis nō parcam ¶ Quidā frat̄
minoꝛ qui mlto tp̄e ſocius ſancti Franciſci
extiterat. plibus fratribus de ordine ꝑdica
torum narrauit. cū ſctūs Dñicꝰ rome ꝓ cō
firmatōe ſui ordinis apud papam inſtaret

